

www.e-rara.ch

Caii Plinii Secundi historiae naturalis libri XXXVII

Hardouin, Jean

Parisiis, 1723

ETH-Bibliothek Zürich

Shelf Mark: Rar 2721

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-16296>

Notae et emendationes ad librum XXVI. naturalis historiae C. Plinii Secundi.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

NOTÆ ET EMENDATIONES

AD LIBRUM XXVI.

NATURALIS HISTORIÆ

C. PLINII SECUNDI.



D postremum vero nigrescente.] Sunt qui
increfcente malint, quoniam ita Marcel-
lus Empir. scripsit, cap. 19. pag. 130.
Sed error is librorum est, tum ex
Plinii nostri optimis codicibus, tum
vero ex Corn. Cello, ita morbum eum
describente, lib. 3. cap. 25. Summa pars
corporis crebras maculas, crebrosque tumo-
res habet: Rubor harum paulatim in atrum colorem converti-
tur, &c.

ploratis in phthisi: hunc nimirum, quem nunc versamus, pro-
spiciens locum.

IX. Pota tribus obolis sanguinis excreationes cum amylo. Dy- Sect.
sentarias, pota & infusa.] Prius legebatur, vitiosa interpun- 31.
ctione, sanguinis excreationes. Cum amylo dysenterias, &c. At li-
cet alvum sistat amyllum, ut dictum est lib. 22. sect. 67. ta-
men ad sanguinis excreationes sæpius datur. Unde loco
cit. Plinius: Datur cum ovo his qui sanguinem rejecerint. Et lib.
23. sect. 75. de amygdalis: Sanguinem sistunt cum amylo, ubi
simile interunctionis mendum, Dioscoridis admonitu, alio-
rumque, sustulimus.

X. Differentia, quod hic herbaceus est, alterius thymi albus.] Sect.
Ita libri omnes, etiam conditivi, manuque exarati, Reg. 35.
Colb. ceterique. Nec Salmasium moror, qui pag. 1288. in
Solin. herbaceus rescribit, interpretaturque ex purpureo al-
bicantem, nullo codice, nullo scriptore suffragante. Gemi-
num epithymum, viride, albidumque agnoscit auctor libri
de simp. med. ad Paternianum, tom. 13 operum Galeni,
pag. 990. Epithymum, inquit, est flos herbe assimilis fete (lego
satureia) subviridis. . . . Nam verus epithymi flos exalbidus est, &
asper. & plurimum in Pamphylia invenitur.

XI. Quidam hippopheon vocant.] Sic libri omnes, sic Index Ibid.
ipse. Rectius tamen videtur hypopheon, quod sub stabe for-
tassis, quæ stæbe quoque appellatur, lib. 22. sect. 13. in-
nasci solet. Aëtius, lib. 3. cap. 29. pag. 103. Παρεπληγίως
ἢ τῶ ἐπιθύμῳ ἢ τῶ ἐπὶ τῆς αἵμας φασματόν, &c. Similis vis ei
quoque est, qui stæbe adnascitur: item qui thymbræ, ideo epithym-
bron dictum, &c.

XII. Et panos discutit, &c.] In libris editis, Et capnos Sect.
sternam discutit. Quasi vero e proposito sit commemorare 36.
modo ex iis herbam aliquam, quæ nihil ad alvum meden-
dam juvat, quo nunc in argumento uno habitare se pro-
fessus est apertissime jam a sectione 28. In M S S. Reg. 1.
Et carostrium: hoc tantum. In Reg. 1. Et capnostroma. Cur ve-
ro & panos discutit amplexi sumus, ubi tam obscura vestigia
fese offerunt sinceræ lectionis, in causâ Dioscorides fuit:
cujus hæc plane gemina de pycnocomo sententia, lib. 4.
cap. 76. Καὶ τὰ φύλλα ἢ ὑπερπλάττωμενα, φύρματα ἢ δόδι-
νός Δισκορίτη.

XIII. Florem & semen non fert.] Ita recte vetus codex Sect.
Dalecampii. Prius legebatur, Floret & semen non fert, quod 37.
falsum. In Reg. 1. Floret semen non infert. Reg. 2. Floret semen
non fert. Alii aliter. Theophr. lib. 9. hist. cap. 22. hoc tan-
tum: Τὸ ἢ πολυπόδιον μὲν τὰ ὕδατα αἰεὶ βάθει, ἀπὲρ μὲν δὲ
φύει. Filicula semper post imbres erumpit: semen autem non fert.

XIV. Radix circa ortum Canis excavatur, ut in ipsam confluat Sect.
succus.] Ita emendavimus ex fide codicum Reg. Colb. Chiff. 38.
cum prius in ipsa alii minus apposite scribendum cense-
rent. Rem dilucide Dioscorides explicat, lib. 4. cap. 171.
Succus, inquit, legitur hunc in modum: Capite exempto radix ita
cultro excavatur, ut excavatio sensim a latiore orbe in acutum de-
finat: proindeque in id cavum confluit succus, qui conchis demum
excipitur. Συλλέγεται δὲ ὁ ὅπος, κεφαλῆς ἀπὸ τῆς ῥίζης ἀφαιρού-
μενης, ἢ ἀλοιῆς τεταμένης εἰς ὑγρότητα· σὺρρει γὰρ εἰς αὐ-
τὴν ὁ ὅπος, ἢ ὅπως ἀναλαμβάνεται εἰς μύλακα.

XV. Tithymalus enim linguam excalfacit. Vfus bimo, nec ante Ibid.
te, nec postea utili.] Prius legebatur, linguam excalfacit bul-
bi more, nec ante, nec postea utile. Dalecampius emendabat,
Nec ante cibos, nec postea utile. In Reg. 1. Excalfacit. Vubi-
moneetante, nec postea, &c. At in Reg. 2. nitide ac perspicue,
usus bimo, nec ante, nec postea, &c. quod & Pintianus in suo
vidit. Sic ipse Plinius, lib. 27. sect. 55. Vfus radices in trimatu
tantum, neque antea, neque postea.

XVI. Rubris, succosis.] E nostra id emendatione, admo- Ibid.
nitu codicis Regii 2. in quo diferte sic scribitur: etfi in
Reg. 1. librisque editis, rugosis legitur. Adstipulatur emen-
dationi Diosc. lib. 4. cap. 165. Tithymali characis caules, in-
quit, supra cubiti altitudinem attolluntur, rubri, acri lacteoque
succo referti. Τὰ δὲ χαράκας καλεούμενα, καυλοὶ μὲν ὑπὲρ πῆ-
χυν, ἐνερῶδεις, ἐπὶ δὲ δριμύτως ἢ δόκοδ' ἔχουσιν. Et Apuleius,
cap. 108. Characias. . . . thyrsis ulira longitudinem cubitali m ru-
bris, succi acrioris, &c.

XVII. A radice foliis pane olea.] Prius legebatur, foliis Ibid.
Ggg

Secl. 5. I.
Secl. 6.
Secl. 8.
Secl. 9.
Ibid.
Secl. 21.
Secl. 21.
Secl. 21.

pendulis: quod vel ipsa tithymali effigies coarguit. In Reg. 1. cod. folis pœnale. In Reg. 2. penete. In Parm. ceterisque omnibus usque ad Frobenium, pendet. Is pendulis maluit. Sed indubitata esse nostram emendationem non vestigia modo haud obscura veteris scripturæ, sed & Dioscorides ipse admonet in descriptione tithymali characiæ: Folia, inquit, sunt circa ramulos oleaginis similia, sed longiora & angustiora: φύλλα δὲ αἰεὶ πρὸς ῥαβδὸς ὁμοίᾳ ἐλαία, μακρότερά δὲ, καὶ στενότερα. Theophrasto etiam consentiente, lib. 9. hist. cap. 12. Τὸ μὲν φύλλον ἐλαϊώδες ἐστίν. Apuleius similiter, cap. 108. Foliis olivæ similibus, paulo angustioribus, & longioribus. Neque hi scriptores modo, sed & res ipsa, plantæque forma, quam sæpe fumus contemplati, favet.

Secl. 64. XVIII. Succus hyoscyami cum farina, vel semen.] Scribit Dalecampius in ora editionis suæ, ex codicis vetulsti nescio cuius auctoritate, cum farina sesame. Ex interpolatoris id cuiuspiam officina est. Vulgatæ lectioni MSS. codices, Plinio ipsi Dioscorides suffragatur, lib. 4. cap. 69. de succo hyoscyami: Σύν ἀλφύροις ἢ ἡ ἀλφίτις . . . αἰεὶς πὶ ὀφθαλμοῖν πλεγμαίνουσιν, καὶ πρὸς ἀλφύρας τὸ ἡ στέργμα πὶ αὐτῇ παρέρχεται.

Secl. 66. XIX. Vetonica nervis, . . . pota ut in jocinere.] Ita libri editi, & Reg. 2. recte. In quibusdam aliis, posita, perperam. Et si ex his Dalecampius fortassis imposta scribi satius esse conjiciat. Cum vero eundem Vetonica sumendæ modum in hisce morborum generibus præfiniat, quem in jocinere sanando adhibuit sect. 19. ibique cyathis tribus bibendum admoneat, quin & pota quoque hic legi oporteat, dubium esse nemini potest.

Secl. 70. XX. Sanat & archeoposis, sed anno pota.] In libris vulgatis, sed cum ammoneo pota. Interpolatoris id manu insertum, non ipsius auctoris. In Reg. 2. sed anno. Favet Dioscorides, lib. 4. cap. 184. de vite alba: Πίνεται καὶ πρὸς ἐπιληψίας ὀλην καὶ κατὰ ἡμέραν, πρὸς ἐναιών. Biliur ad morbum comitiale drachmæ pondere quotidie anno toto. Vidit e suo codice hoc mendum etiam Pintianus.

Secl. 74. XXI. Secatur in asses, ut cucumis.] Prius legebatur, Sicatur in aere, ut cucumis. In Reg. 1. Sicatur in basses. Reg. 2. Sicatur in asses. Chiff. in asses. Nostram emendationem, non ipsa modo loci sententia, resque ipsa constabunt, sed & Theophrastus, qui eadem tradit, lib. 9. hist. cap. 10. Τέμνεται ἢ τροχίσκος, inquit, αἰεὶ ῥαβδανίδες ἐν αἰθήρῳ καὶ ἐν ὀλῳ καὶ ἐν ἀνέμοις ὑπὲρ κεφαλῆς. Sicant mandragora orbiculos, sicuti raphani, & involutos musto in fumo suspendunt.

Secl. 75. XXII. Folia ephemeræ tuberibus, tumoribusque illinuntur.] Ita libri omnes vulgati, conditivique, quos quidem vidi. Dalecampius ex nescio quo vetere exemplari legit, uberum tumoribus. Frustra, non libris modo refragantibus, & ipso Dioscoride, apud quem hæc verbis totidem omnino exstant, lib. 4. cap. 58. Ταῖς φύλλα ἐν οἷν ἐψηθῆναι καὶ κατωμασθῆναι, οἰδήματι καὶ φούρου ἀσφορί, μήπω ὕψον ἔχοντι.

Secl. 76. XXIII. Sed celerime quinquæfolii succus medetur tribus cyathis potus cum sale & melle.] Postrema hæc verba, cum sale & melle, negat Pintianus in suo exemplari legi: nec sane leguntur in Reg. 2. At Reg. 1. multo vetustior ea plane exhibet, ut adeo expungere ea religio fuerit. Dioscoridem lib. 4. cap. 42. scripsisse scio in hunc modum: Ἰσχυρὸν καὶ ἐκτερον ἰσχυρὸς ὁ χυλὸς τῆς φύλλων ποδείας ἐπὶ τινος ἡμέρας τετῶν κύωνων πλεῖστον. Τροχίσματι τε καὶ στέργματι μετ' αἰλῶν καὶ μέλιτι καταπλαττόμενα ἰσχύει. Celeriter quoque regio morbo medetur foliorum succus, tribus cyathis aliquot diebus epotus. Eadem cum sale & melle imposta, tam vulneribus quam fistulis remedio sunt. An igitur apud scriptorem Græcum, ex quo Plinius hausit, cum hæc conjunctas cerneret medicinas, temere is ex subsequente ad superiorem sal melique transverberit, an ad ipsam ea reapse pertineant, aliis æstimandum relinquo. Translata temere ab eo esse vix adducor ut credam: cum ea ipsa rursus adhibeat sect. seq. ad sanandas fistulas: rursusque sect. 87. ad hucera vetera: quos in usus & a Dioscoride hic adsciscuntur.

Secl. 80. XXIV. Ambusta sanantur plantagine, arcio.] Sic sane restituendus hic locus fuit, ex MSS. Reg. Colb. aliorumque fide, Parmensisque, ac ceterarum editionum, ante Frobenium, quo auctore arcio legimus in libris deinceps vulgatis. At aliud arcion, aliud arcion est. Neque arcio sive persolata hanc vim ambusta sanandi Dioscorides attribuit: arcio plane adjudicat, lib. 4. cap. 106. Καὶ περικαύσαν

καὶ περιτῶν ἐπὶ κατὰν ἰσχυρὰ. Ambusta perniensque eo fovetur. Geminat errorem Apuleius, cap. 36. tit. 7. cum ne ad persolata quidem, sed ad personaciam, quæ alia est, hoc nemedicamentum refert.

XXV. Clymenos vero, si ore sanguis, &c.] Hanc emendationem debemus Regio 2. codici, in quo diserte Clymenos legitur: cum in libris hætenus editis legatur, cyclaminos. In Reg. 1. cyclemenus. De cyclamino sane ea quæ hic commemorantur, affirmari vere nequeunt: de clymeno Dioscorides affirmavit, libro 4. cap. 13. Ποιεῖ δὲ ὁ χυλὸς πρὸς αἱματὶ ἀσφαλτὴν πινόμενον. & κατὰ καὶ, & πρὸς ἐρῶν, &c. Ad sanguinis rejectionem clymeni succus in potu est efficacax, itemque ad celiacorum profluvia, rubentemque fluorem muliebrem, &c.

XXVI. Vulneribus, ex ea factum Lycium.] Ita libri omnes constantissime. Nugantur, qui vel collyrium hoc loco, ut Gaspar. Hofmannus, lib. 4. Var. sect. cap. 27. vel quod haud paulo insulsius est, licinium substituunt, exemplaribus omnibus invitis, ipsoque adeo scriptore Plinio: cuius sententia verbis Græci auctoris egregie constabunt. Dioscoridem dico, lib. 3. cap. 3. de Gentiana: Ἐστὶ δὲ τραυματικὴ, ἐπιτεταμένη αἰς τὸ λύκειον, ὡς νόμον ἵε ἐλκῶν ἰσχυρὰ, &c. Imposita, ut Lycium, vulneraria est, & cuniculatim depascitibus huculceribus medetur.

XXVII. Vi squamam ossibus extrahat.] Prius sanem legebatur. Squamam restituiimus ex codd. Reg. Colb. & Chiff. atque adeo ex ipso Dioscoride, lib. 3. cap. 92. de peucedani radice: Καταίρει δὲ λεία ἐκ τοῦ ῥυπαροῦ ἐλκῶς. Ἀριδα ἰσχυρὰ πύρετον ἀφίσηται, καὶ ἐπὶ αἰσὶν καὶ παλαιαῖς. Arida irrita sordida purgat hucera, ossium squamas extrahit, veteraque hucera cicatrice obducit. Vidit hoc & in suo codice ante nos Pintianus.

XXVIII. Efferantia sese hucera.] Hætenus efferantia libri omnes exhibent. Sed efferantia satius visum est: tum quod hac voce & alibi Plinius usus, lib. 8. sect. 77. de subis: Verum efferantur: Græci dicerent, ἡρεσίνται. Est enim ἡρεσίντα efferatio: tum quod exprimi ea feliciter arbitrati sumus id quod Græci ἡρεσίντα ἐλκῶς appellant. Diosc. libro 4. cap. 118. de hac ipsa onothera agens, in nunc sumus: Καταπλαττόμενα ἢ, αἰεὶ αὐτῇ καὶ ἡρεσίντα ἐλκῶς.

XXIX. Menses albos.] Ita referimus admonitu codicis Reg. 2. maxime vero ex re ipsa. In Reg. 1. menses albos. In editis hætenus libris insulse, menses albosque. Quid sint menses albi, diximus abunde in Notis prioribus.

XXX. Nimia rursus profluvia sistit semen cum vivo sulphure.] Ita plane Reg. 2. & Colb. Interpolatorum manu id confictum, quod libri vulgati præ se ferunt, cum vino & sulphure. Vinum abdicat Diosc. lib. 4. cap. 76. de mandragora: vivum sulphur adsciscit. Τὸ δὲ στέργμα τῆς μήλων . . . αἰετῶν μετ' ἀπύρου θείει, ῥοδὸν ἰσχυρὰ ἐρῶν. Occupavit & hoc Pintianus e suo codice.

XXXI. Contra facit batrachion . . . ardens alias.] Prius legebatur, Atque profluvia sistit & contrahit batrachion. Emendationem debemus Regio 2. codici, & Pintiani pariter exemplari. Et sane ita loci sententia postulat: Mirum enim id esse Plinius innuit, tam diversas tamque dissimiles in herba una eademque dotes reperiri, ut cruda quidem causticam vim, atque adeo spiliantem, seu adstringentem obtrineat: cocta contra, vel in cibo ac potu præbita, contrariam, hoc est, mollientem, μαλακτικὴν.

XXXII. Item radix e geranio . . . inflationibusque vulnerum.] Non codicum modo primitivorum fidem, Reg. Colb. Chiff. sed & Dioscoridis auctoritatem amplexi, inflationibus scripsimus, pro inflammationibus. Sic enim ille, lib. 3. cap. 131. de geranio: Ποδίσσα ἐν οἷν ἄχει > πλεῖστον ὕψος ἐμπόδυμα πύρετος λύει. Drachmæ pondere in vino pota vulnera inflationes discit.

XXXIII. Polygonus pota menses ciet, & althæa radix.] Ita profecto libri omnes, tum vulgati, tum conditivi. Et de althæa quidem, cieri ea menstrua, tum usus edocet quotidianus, tum etiam Dioscor. lib. 3. cap. 163. At vero polygonon adstringentis esse facultatis, menselque ea sisti clamant omnes, post Diosc. lib. 4. cap. 4. & 5. Quamobrem considerandum amplius num ita legi hic oporteat: Polygonus pota menses sistit: ciet althæa radix: quod incuria amanuensium excidisse vox ea sisti videtur.